



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De Missia, cap. 24.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

DE MISSA.

putes à Spiritu sancto dictatam? Non aliam profectò, nisi quam asserit etiam Ecclesia, cui Paracletus ille omnem Veritatem suggerit: Iohan. xiiij. & xvi. De reliquis eam tene sententiam, si sapis, quam Lutherus ipse

In lib. 2. cõ- nuper tulit in Suermeros: Nempe vt liberè
tra Zuingl. concludas, Diabolum (qui pater est omnis
& Oecol. dissensionis) esse harum contrarietatum au-
b. j. In lib. torem, quia Paulus dicit, Deus non est deus
cõtra Episc. dissensionis. &c. Nunc enim ex ista contra-
Missenim. dicendi peruicacia eo prolapsus est, vt sub
specie panis, neget per concomitantiam ad-
esse sanguinem animamque & Deitatẽ Chri-
sti, atque ita ponit corpus exangue & exa-
nime in Sacramento, quale profectò Christus
non habet. Non ergo verum corpus Christi,
sed fictum sua impietate cadauer audet nunc
huic tribuere sacramento Lutherus, cunctis ni-
mirum Suermeris longe deterior.

De Missa.

C A P. XXIIII.

VISITATOR.

In lib. Visi. **A**Liqui latinas, aliqui Teutonicas decan-
tant Missas, id quod fieri permittimus.
Vtile tamen videtur, vt vbi maior pars po-

puli latinum non intelligit, ibi Teuthonicè Missæ celebrentur, quo melius percipiat populus & cantum, & alia quæ leguntur.

L V T H E R V S. Vellem & ego, Domine

*In sermone
de nouo Te-
stamento.*

Visitator, vt nos Germani, Germanicè Missam legeremus, & verba secretissima altissima voce decantarem. Cur nos Germani non legamus Missam in lingua nostra, cum Latini, Græci & plerique alij in lingua sua celebrent?

D O C T O R. Nimum stultè interpretamini Canonem, fratres, volentes in eo Missam legendam altiore voce, quòd non videri sed audiri sit præcepta.

*De X. præ-
ceptis ca. 3.*

Quasi non magis præceptum sit, Canonem Missæ, qui solus propriè est Missa, pressa voce legi, ne audiatur. Cætera autem sunt orationes & paramenta ad Canonem Missæ.

L V T H E R V S. Quid ais, bone Doctor? totam Missæ virtutem ignorare videris: In Missa enim & qualibet promissione Dei, duo sunt, verba scilicet & signa. Verba sunt promissiones, vota, & testamenta diuina: Signa autem sacramenta, id est, sacra signa. Iam quantò plus est momenti in testamento quàm in sacramento, tantò plus etiam in verbis quàm in signis situm est. Nam signa possunt abesse, tamen homo habeat verba, atque ita absque sacramento, sed non absque testamento saluus fiat.

Vbi supra.

D O C T. Cessent ista vana somnia, Luther, nam per omnem Ecclesiam nullus, nisi

Vbi supra.

D O C T. Cessent ista vana somnia, Luther, nam per omnem Ecclesiam nullus, nisi

D O C T. Cessent ista vana somnia, Luther, nam per omnem Ecclesiam nullus, nisi

D O C T. Cessent ista vana somnia, Luther, nam per omnem Ecclesiam nullus, nisi

D O C T. Cessent ista vana somnia, Luther, nam per omnem Ecclesiam nullus, nisi

DE MISSA.

faceros solus, Missam audit totam, Magno scilicet eo Sacramento, quod Christus verus sacerdos, quanquam multa operatur in Ecclesia, per externa sacramenta & visibiles ceremonias, in quibus ei fideles concinnunt & cooperantur, sicut clerus nunc facit sacerdoti, in cantu, oratione, responsione, tamen plurima agit inuisibiliter pro nobis apud Deum, quæ populus & Ecclesia eius non videt, neque percipit. MARTINVS. Christus præcipit sacramentum Eucharistiæ non celebrari, nisi in suam commemorationem. Et Paulus I. Corinth. II. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis. Melius est ergo, omittere Sacramentum, quàm Euangelium non nunciare: Ecclesia statuit, Missam sine lectione Euangelij non celebrandam. Plus itaque ponderat Euangelium quàm Missam Deus, quia sine Euangelio non viuit homo in spiritu, sine Missa autem viuit. DOCT. Cur non cogitas, Martine, quod aliud est præceptum de verbo Dei, & aliud de Missa? MART. Nónne & ego differentiam pono? Missa enim reficit eos, qui iam sunt in corpore Christi: Euangelium verò gladius spiritus, deuorat carnes, diuidit Behemoth, tollit vasa fortis, & auget corpus Ecclesiæ, Missa nulli prodest nisi iam viuo, Euangelium prorsus omnibus. LVTH. Noli, Martine, ab Euangelio diuidere Missam, Missa enim pars est Euangelij,

*In Resolu-
tione conclu-
sionis. 55.*

Vbi supra.

Vbi supra.

*In cap. Ba-
bylo.
cap. de Eu-
charistia.*

imò summa & compendium Euangelij. Vnde & Conciones populares aliud esse non deberent, quàm expositiones Missæ, id est, declarationes promissionis diuinæ huius Testamēti, hoc enim esset fidē docere & verè Ecclesiam ædificare. **M A R.** Cur ergo in primitiua Ecclesia

Vbi supra.

permittebantur Energumēni & Catechumēni, vsque post Euāgelium interesse, & tum foras mittebantur ab iis, qui de corpore Missæ erant? Sed & nunc permittunt iura, excommunicatos vsque post Euāgelium interesse missis: **L V T E.** Videmus autem, optimam ac maxi-

In sermone de nouo Testamento.

mam partem, tum omnium sacramentorū, tum Missæ, esse verba & promissiones Dei, sine quibus sacramenta mortua & nihil sunt: Sicut corpus sine anima, Vas sine vino, pera sine pecunia, figura sine complemento, litera sine spiritu, vagina sine gladio. Vnde vereor plus idolatriæ eadē nunc apud Christianos, quàm fuerit vnquam apud Iudæos. **M A R T.** Absit,

Vbi supra.

Luthere, sicut enim Ioannes præcurrit Christum, ita Euāgelium Missam. Euāgelium prosternit & humiliat, Missa humiliatis dat gratiam. **D O C T O R.** Rectè ergo instituit Ecclesia Catholica, vt semper sub officio Missæ legatur Euāgelium. **M A R T I N V S.** Plus autem prodest Missa, si per sacerdotem vni applicetur, quàm si sine applicatione pro omnibus celebretur. **L V T.** An & tu, Martine, ex Missa nundinas & cauponationes facis, vt sit opus bonū & sacrificium, quo ven-

In Sermone de preparatione ad Sacramentum.

In Resolutione conclus. 26.

In cap. Babilo. cap. de Eucharistia.

duntur, participationes, fraternitates, suffragia, merita, anniuersaria, memoriae, &c.

Vbi supra.

MART. Quando sacerdos cum populo orat, ieiunat, sacrificat, aliâque facit nominata opera, pro nominatis animabus, nullum est dubium, quin vehementer profit, & redimat ani-

In Ambro. Catharinũ.

mas. LVTHE. Quàm longè abes à vero, mi frater Matine, Manifestus enim & impius error est, Missam pro peccatis, pro satisfactionibus, pro defunctis, aut quibuscunque necessitatibus suis, aut aliorum offerre seu applicare.

Quòd facillimè intelligis esse evidentissimè verum, si firmiter teneas, Missam esse promissionem diuinam, que nulli prodesse, nulli applicari, nulli suffragari, nulli communicari potest, nisi ipsi credenti soli propria fide.

In 500. art. art. 364.

In serm. feria 2. post Inuocauit.

SVERMERS. Non inscite igitur diximus in Catharinum septimam faciem Antiehristi esse vniuersum illum abusum Missæ cum solemnibus suis, cum vigiliis, cum anniuersariis, foundationibus, sepulturis, & totum negotium pro defunctis celebratum: Quid enim hîc nisi facies est pietatis, populum fallens & deglubês? ECCLE. Missa itaq; res mala est, & Deus odit eam, in eo quod fit tanquã sit sacrificium & opus meritoriũ. Proinde abrogari debet: hîc nulla est quæstio aut dubitatio, non magis quàm si quæras, an Deus sit adorandus.

De abrog. Missa, in principio.

Vbi supra art. 360.

SVER. Non medioeri igitur gaudio affectus sum, quãdo absens audiui, fratres meos Augustinêses missarum (quas vocât) abusum primos

omniū abrogasse. ECCLE. Errauerūt tamen omnes, qui cooperati sunt & conserferunt ad abrogandam Missam, non quod bonum non fuerit, sed quod non ordinate factum est: quia ex temeritate factum est, absque omni ordine cum scandalo proximi. B A R R. Criminantur quidem nos & metiuntur Papistæ tāquam per eiusmodi abrogationem intēdamus excitare seditionē: Sed nō est seditio, vbi quid per ordinariam potestatem incipitur & perficitur. Multa quidē & prædicavi & scripsi contra detestabiles Missas Papisticas, vt ab ea abominatione liberaremur. Sed vereor, ea adhuc pro verbis haberi, & non credi, tantam esse abominationē, quantā nos dicimus, alioqui longē alia feueritate cōtra eam ageretur. S V E R. Supra omnes sanē abominationes reputo Missam, quæ pro sacrificio & bono opere predicatur & venditur, super quam & omnia Collegia ac Monasteria fundata stant, sed Deo volente cito iacebunt: Quamuis enim grandis, grauis & execrabilis peccator fuerim, iuentāmque meam damnabiliter absumpserim ac perdidim: maxima tamen peccata mea sunt, quod tam sanctus monachus fui, ac tot Missis per annos quindecim, dominum meum tam grauititer offendi, martyriōque ac plagis affeci.

ECCLESIA. Missas igitur angulares & priuatas abrogari oportet. S V E R M E. Imò tutissimē omnium facit qui à missa in totum nūc fiunt, tam priuata quàm publica abstinet,

Contra abo-
minationem
Canonis
Missæ.

In lib. 2. cō-
tra Zuing.
& Oecol.

Vbi supra
art. 37 4.
In lib. de
abrogandis
Missis.

*Contra abo-
minationē
Canonis.*

quia neutra Christi exemplum & institutum
amplius refert. BARRA. Cū autem Pa-
pistæ obstinati sint & nolint intelligere, nobis-
que aspicientibus Deum crimentur & exe-
crentur, nos vltius neque possumus neque
debemus patienter ferre, quia participes fiere-
mus, eorum manifestæ execrationis, tanquam
consentientes, & non prohibentes cum bene

*In libro de
abroganda
Missa.*

possimus. SVER. Hi autem proxime omniū
cœnam Christi representant, qui infirmis vel
publice acceptantibus ministrant Eucharis-
tiam, ipsi non accipientes, sicut Christus fa-
ctus minister, non sibi accipit, sed aliis mini-

*In lib. 2. con-
tra Zuin-
gliū & Oe-
colāpadiū.*

strat. VISI. Quamvis scriptum non sit, Chri-
stum, valedictionis haustum accepisse, tamen
non solis discipulis dedit, sed & ipse bibit,
discipuli quoque post eum haustum valedi-
ctionis, non amplius biberunt, sed conformes
se Christo gesserunt. Et contra, cum discipuli
post valedictionis haustum, biberunt sangui-
nem Christi, ipse quoque cum ipsis proculdu-
bio bibit. SVER. Erras, Visitator, Nam &

*In lib. de
abroganda
Missa.*

*De formula
Misse.*

aliorum sacramentorum nullus sibi ipsi aliquid
dare debet, sed ab aliis accipere, & aliis dare.
LVT. Imò communicet, tum sese, tum po-
pulum. Interim cantetur Agnus Dei.

COCLÆVS.

*Quot putes hic (Illust. Princeps) supputari
posse contrarietates? quibus seipsum destruit,
mendacemque, & Diaboli filium, hostemque*

spirituſſancti, & veritatis facit ac declarat Lutherus? Primum iam Latine, iam Teuthonice vult legi missam. Deinde, nunc alta, nunc pressa voce. Tertio, modo necessarium est, verba consecrationis altissime pronuciari, vt ab omnibus audiantur, modo mysterium est eadem tacite proferri vt a solo audiatur sacerdote celebrante ac proferente. Quarto, nunc solus Canon proprie missa est, nunc summa abominatio missæ idem canon est. Quinto, missa nunc pars est Euangelii, imò summa & conpendium totius Euangelii, nunc nescio quot differentiarum stadiis ab Euangelio diuiditur. Sexto, nunc plus Idolatriæ esse in Missa, quam vnquam fuit apud Iudæos. Nunc dat gratiam humiliatis, & præcurrit ei Euangelium sicut Ioannes Christo. Septimo, nunc prodest ac suffragatur missa multis, etiam animabus defunctorum, nunc soli credenti & celebranti. Octauo, nunc est bonum opus, nunc pessima abominatio. Nonò nunc sacrificium, nunc Idolatria est. Decimo, nunc abroganda est Missa priuata, nunc & publica, nunc rursus secundum nouam formulam celebranda. Vndecimo, nunc ad exemplum Christi, sine altari, sine sacris vestibus & ceremoniis celebranda est, nunc aliter. Duodecimo, nunc sacerdos consecrans aliis dat,

Formula
Missæ.

sibi non accipit sacramentum, nunc etiã ipse accipit. Nan & Christum nunc affirmat accepisse, nunc accepisse negat. Et quis facile cõmemoret omnes eiusmodi contradictiones ex tot diuersis eius libris & sermonibus? Istæ exẽpli gratia sunt adductæ, vt videas, Illust. Princeps, quam fragili ac mobili arundini male confidis & inniteris. Certe frater tuus, Dux Fridericus, &c. nisi circumuentus fuisset à nequissimo susurrone & sacellano suo. Georgio Spalatino, atque à mendaci & impia consultatione Capituli & Vniuersitatis V Vittebergensis, nunquam permisisset Augustinensibus illis, audax & impium facinus (quod à Luthe- ro supra nunc laudatum nunc vituperatum commemorauimus) vt propria temeritate Mis- sam abrogarent. Lege obsecro libellum illum Teuthonicum, quem ea de re inscripserunt, se- riam actionem, &c. Vt videas & agnoscas, quàm multa interim temeritati ac impietati Luthericæ permiseris, quæ ille non permissurus erat. Cur non duxit, rogo, vxorem, imò sacri- legum ac perfidum scortum, eo viuo, Lutherus? Cur legebantur & canebantur adhuc hore Canonice & Missæ, tum V Vittembergæ, tum alibi in Collegiis & Monasteriis terrarũ ve- strarum, illo viuente? Quis audebat tum sa-

Seria actio
Vniuersita-
tis ad ducẽ
Fridericũ.

cras expellere Virgines aut Monachos e monasteriis? Certe si recte considerares nouissima nunquam permitteres, desperato Apostate, ad tanta scelera, tua facilitate, abuti.

DE SACRIFICIO

MISSÆ.

CAP. XXV.



NE te (Illust. Princeps) mōstroso isto colloquio ad tædium vsque fatigem, reliqua visitationis capitula, sub contradictionū compendio, Deo dante, trāscurrā, multas quidem blasphemias ac maximè impias & horrendas, in compluribus libris & sermonibus suis, contra sanctissimum Missæ sacrificium, scripsit & ebuccinavit Apostaticus iste Rapsaces. At idem, antequam in reprobum sensum per inobedientiam traditus esset, non semel Sacrificium illud cum tota Ecclesia & confessus est, & reuerenter agnouit: idque in iis præcipue libris, ex quibus gratiam, & fauorem tum populi, tum optimatum longe maiorem consequutus est, quàm ex iis libris, in quibus Missæ sacrificium væsana impietate negauit. Qui enim librorum eius gratiores fuerunt, quàm explanatio decem præceptorum? Resolutio xcv. propositionum?